

1795.

1311 d. 10 Juni

Stegeborg.

Konung BIRGER uppdrager åt Sigmund Keldorsson, att på tinget gifva Ärkebiskopen och Upsala domkyrka fasta på den af Konungen sålda gården Håtuna med dess tillhörigheter. (Se N. 1796 och 1797).

Registr. Eccl. Upsal. perg. pag. 27. (f. 36).

BIRGERUS dei gracia sweuorum gotorumque rex Discreto viro sigmundo keldorsson cum dilectione salutem, Presentibus damus tibi nostris litteris in mandatis vt terram nostram in hatunum videlicet quinque marcas terre et octo solidos terre cum omnibus eidem terre attinentibus et cum molendino quodam in quadam alia villa sito quod ad ipsam eciam terram dinoscitur pertinere, quia ea venerabili patri domino nicolao archiepiscopo vpsalensi et ecclesie sue vpsalensi pro precio certo vendidimus, ipsis in publico pretorio seu communi placito vice nostra et nostro nomine tradas et assignes jure proprietatis et directi domini perpetuo possidendam, adhibita tunc ibidem secundum morem patrie sollempnitate legali et datis ex parte nostra testibus siue firmariis qui fastæ communiter appellantur. Datum stækaborgh Anno domini Millesimo CCC^o XI^o Quarto idus iunii.

1796.

1311 d. 11 Juni.

Stegeborg.

Konung BIRGER säljer sin gård Håtuna med dess tillhörigheter till Ärkebiskop Nils och Upsala domkyrka för 163 mark lödigt silfver.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl. *).

Omnibus presentes litteras inspecturis, BIRGERUS¹⁾ dei gracia sweuorum gotorumque Rex. Salutem in domino sempiternam. Ne veritatem obliuio sub silencij modio sepeliret, aut rei geste legitime seriem obfuscaret, neue fierent lapsu temporis dubia que sunt presentibus luce clarius manifesta, ea in publica redigi munimenta prouida et fidelis antiquitas adinuenit. Hinc est quod presentibus litteris in publicam nocionem proferimus tam presentium quam eciam futurorum. Nos venerabili in christo patri domino²⁾ Nicolao archiepiscopo vpsalensi et ecclesie sue³⁾ vpsalensi predium nostrum siue terram in Hatunum vpsalensis dyocesis videlicet quinque marchas terre et octo solidos terre, quod quidem predium siue terram de Nobili viro

*) Nästföljande bref, hvars början är af lika innehåll, har följande variationer: 1) Byrgerus. —

2) domino *uteslutet*. — 3) sue ecclesie. —